Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26198
Copyright: Admont, Benediktinerstift

argunt. Si abraham isaac et iacob prophete quoque nequaquam
caruere peccatis. si purissimum triticum habuit mixtas
paleas. quid de nobis dici potest de quibus illud scriptum est. quid
paleis ad frumentum dicit dominus. et tamen palee futuro reser-
vantur incendio. et zizania hoc tempore mixta sunt sege-
tibus. donec veniat qui habet ventilabrum in manu sua
et purgabit aream ut triticum in horrea congreget. et quas-
quilias gehenne igne comburet. Hec omnia quasi de pulcher-
rima scripturarum prata discurrens in unum locum volui
congregare. et de speciosissimis floribus coronam tibi texere pe-
renitentem. quam imponas capiti tuo et assumes pennas
columbe et volabis et requiescas. et clementissimo reconcilia-
ris patri. Narravit mihi uxor quondam tua nunc so-
ror atque conserva. quod iuxta preceptum apostoli ex consensu ab-
stinueritis vos ab opere nuptiarum ut vacaretis ora-
tioni. tuaque vestigia quasi in salo posita fluctuasse.
immo ut apertius loquar esse prolapsa. illam autem audisse
a domino cum moyse. tu vero hic sta mecum. et dixisse de domino.
statuit super petram pedes meos. tuam domum que fundamen-
ta fidei solida non habebat. postea diabolico turbine esse
cecidisse. Porro illi perstare in domino. et tuum ubi hospitium non
negare. ut cui coniunctus fueras corpore nunc spiritu
copuleris. Qui enim adheret domino unus est spiritus. Cumque vos rabi-
es barbarica et imminens captivitas separasset sub iurisiuran-
di testificatione pollicitum. ut ad sancta transeunte loca vel statim
vel postea sequereris. et servares animam tuam quam visus fueras ne-
glegentia perdidisse. Redde igitur quod presente domino spopondisti.

∴ et apli

∴ pciosissimis

∴ prius